



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXVII. Præesse, Præfectus, Primarius, Præses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

cisiones ostendit, iudicem præcipitanter nihil agere posse, & post eum Ferrat. *cap. aut ult. num. 8.* cum non possit dici cogitatum, quod nimis est festinatum, *d. c. cum Bertholdus. de re judic. prout in terminis transactionis consuluerunt Dec. conf. 479. num. 6. Menoch. 1. arb. judic. q. 42.* & omnis bona præsumptio in iudice cesset, quando brevi tempore quid egerit. Alciat. *in rr. de præsumpt. reg. 3. præf. 9. num. 8.* idque adeo obtinet, ut nec Pontifex, Dec. *conf. 544. numer. 18.* post Ancharan. *conf. 255. per cap. ex literis 4. de restitu. in integr. neque Rex, Grammat. decif. 15. n. 13.* nec Princeps, Cravett. *conf. 153. num. 2.* imò nec iudex, qui ex pleno & amplo arbitrio sibi collato plenissimam iudicandi potestatem habet, sententiam ex abrupto ferre possint, Lanfr. *in tnel. de arbit. p. 6. vers. 12.* Socin. *sen. conf. 87. num. 7. lib. 4.* idem esse quoad auctoritatem in dando tutore, quæ ex abrupto interponitur, tenet Socin. *jun. conf. 88. n. 15. lib. 4.*

Excipe (1) nisi quando in confessum sententia feratur: ex quo tunc nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, *l. 2. ff. de confess. l. proinde 25. ff. ad Leg. Aquil.* (2) quando iudex in illo brevi tempore de ista causa posset instrui, Cravett. *conf. 179. num. 1. Dec. conf. 296. in fin. Curtius sen. conf. 47. col. pen.* (3) quando iudex parte præsentis & non reclamante pronunciasset, tunc enim sibi imputare debet pars, si non reclamavit. Bald. *in l. prolatam. C. de sentent. num. 8.* Socin. *sen. conf. 121. col. 5. vers. quia. lib. 3.* Confer supra locum de festinatione *lib. 6. cap. 12. pag. 506.*

CAP. LXXIV. De Prædâ.

Axioma I.

Dux belli prædas post obtentam victoriam acquirere debet. Hinc acriter puniendi, qui nondum partâ victoriâ signa deferunt & prædas agunt, Perez. *C. de desertor. n. 7.*

CAP. LXXV. Prædicatum.

Talia sunt prædicata, qualia subjecta demonstrant, & contra, *l. si prior 32. ff. solut. matrim. Auth. de fil. an. dor. instr. nat. post princ. cap. inter dilectos. de dolo. Bart. Socin. in l. quibus dieb. 40. §. Dominus. de condit. & demonstr. num. 3.* Nec tamen rarum est, ut posita sub una eademque determinatione diversimodè accipiantur secundum cuiuslibet diversam rationem, *l. coheredi 41. §. qui discretas 4. de vulg. & pupill. substit. Alex. 5. conf. 179.* Hinc quando præcedunt plura subjecta, non semper fit relatio ad omnia, quando non est tanta ratio de uno sicut de alio, sed solum refertur ad illud, de quo est maior & plenior ratio. *l. si in lege 24. pr. junct. gloss. 2. locat. Molin. conf. 28. tom. 1. n. 5. Hartman. Pistor. 2. obs. 65. n. 9. & seqq.*

CAP. LXXVI. De Prædio.

Axioma I.

Quæcunque prædia agriculturæ causâ vel pecuariæ, directè vel indirectè constituta, illa sunt rustica: hæc enim rusticum præbent usum, ex usu autem, non loco, prædia sunt distinguenda. Stabulum igitur ad usum rusticum destinatum est prædium rusticum *l. 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign. tacite contrahatur.*

II.

Quæcunque prædia inhabitandi & mercandi causâ sunt constituta, illa sunt urbana, quia urbanum usum præstant. Ita ergò horreum erit prædium urbanum, si mercibus servandis interserviat: rusticum, si colligendis fructibus. Huc quoque referendum est stabulum meritorium, quod paratè ad mansionem hominum & stationem iumentorum *l. 198. ff. de V. S.* hinc prædium naturâ suâ rusticum potest præstare servitutem urbanam *l. 20. §. 1. ff. de servit. præd. urban.* Et contra servitus naturâ suâ urbana potest fieri rustica, si prædium rustico debeatur.

CAP. LXXVII. Præfesse, Præfectus, Primarius, Præses.

Axioma I.

Præfesse qui sibi ipsi nequit, aliis præfici non debet, *cap. indecorum. 3. extr. de atar. & qualif. & ord. præfic.*

II.

Præfesse qui vult, non autem prodesse, Episcopus non est, *cap. qui Episcopatum n. 8. quest. 1.*

III.

Beneficia quæ pro voto omnium primatibus redduntur, ea universis reddi videntur, *l. 6. in pr. C. de Advoc. divers. judic.*

IV.

Ab absurdum est, aliquem in eodem ordine & præfesse & subesse, *l. ult. Cod. de legit. tutel.*

V.

Potestas vel præses debet esse sollicitus de suis officialibus, an bene vel malè se gerant. Brunem. *ad l. 2. C. de Exat. Tribut. in fin.*

CAP. LXXVIII. Præfatio v. Principium. Initium.

Axioma I.

Præfatio arguit & indicat, quæ alicujus actus causâ impulsiva ac finalis fuerit, Bart. & Dd. *in l. fin. de hered. inst. Bald. in l. 1. §. quib. notab. 1. C. de nov. Cod. faciend. Philipp. Franc. in cap. quoniam. post medium. de immunit. Eccles. Dec. conf. 444. num. 8. Decian. resp. 72. num. 49. vol. 2. Patif. conf. 21. num. 38. vol. 1. Regner. Sixtin. 3. conf. Marp. 15. num. 12. Dec. conf. 675. Consultuit eleganter. in fin. & conf. 683. In casu proposito. numer. 7. vers. quarto videtur. Pacian. 1. conf. 29. numer. 66.*

II. Præfa-